



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent, vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

Ca. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

2. Tim.  
2. 15.  
2. Cor. 2.  
17.  
2. Cor. II.  
13.

lupi rapaces, fures ac latrones, non tamen eos pudet Ministerium suum Evangelicum sonare. Sed audienda vox Christi, & serio audienda, nullos esse Pastores ubi non sunt operarij; operarij autem quos Deus mittit in messem suam (quod Calvinus alto hic premit silentio) operarij (vt Apostolus loquitur) *inconfusibiles à vitio xurſor.* qui ita operantur vt operis non pudeat aut pœniteat postea. operarij *rectè tractantes verbum veritatis,* operarij *non adulterantes verbum Dei.* Denique operarij *non subdoli, transfigurantes se in Apostolos & novos Euangelistas,* qualem se Calvinus profiteretur. Postremo vagas & dispersas oues esse, quæ deserta Ecclesia Catholica, vnico ouili Christi, non Euangelij doctrina in ouile Dei congregantur, sed sub Euangelicæ doctrinæ titulo in varias penèque innumeras sectas distrahuntur. Catholicæ verò Ecclesiæ hoc tempore pastores non fuisse penitus canes mutos, nulli melius quàm in Gallia Calvinistæ nosse & meminisse possunt: quos ita vocales in primariis regni illius vrbibus senserunt, vt hoc vno maximè post Deum medio, ab illius nobilissimi Regni diademate depulsi & abacti per annos quàm plurimos fuerint; nec nisi sub pelle Catholico regnent, qui hæctenus ibi regnarunt.

## IN MATTHÆI CAP. X.

### 2. Primus Simon qui dicitur Petrus.

Petri primatus.



**P**ETRI supra ceteros Apostolos primatum hic locus manifestè docet. Neque enim vel ætate vel vocatione primus erat, sed in vtroque Andreas eum præcessit; deinde à tribus Euangelistis Matthæo hic, Marc 3 Luc. 6. qui Apostolos ordine recensent, semper primus ponitur, aliorum Apostolorum ordine non seruato. Nam hic quidem Andreas, apud Marcum Iacobus secundo loco ponitur. Rursum, vt Marcus narrat, hoc demum tempore *imposuit Christus Simoni nomen,* vt vocaretur Petrus. id est, Caput: hoc inquam tempore quo 12. Apostolos designat; vt eodè n momento de capite vicario prospiceret, quo de mēbris. Tergiversantur hic hæretici, & grauius hoc argumentū ferunt. Beza ceteris audacior, in Annotationibus in hunc locum, suspicatur hoc vocabulum, *Primus,* ab aliquo additum. Sic enim scribit. *Quid si hoc vocabulum ab aliquo additum est, qui Petri primatum vellet stabilire?* Hæc est hæretica audacia sibilis explodenda & anathemate digna, quæ ipsorum

Beza audacia.

ipforum hæresibus repugnant, è Scripturis expungere. Quo  
semel admissio, nihil erit in Scripturis ab hæreticorum cor-  
ruptione tutum. Addit homo impudens, vt aliquam dicti  
sui rationem adferat, nihil sequi quod cohereat: quasi nõ cum  
vocalulo *Simon* &c. apertissimè cohæreat. Sed voluit ad om- Beza. ca- uillationes resutatur.  
nem impudentiam frõtem perficere. Addit adhuc, in hoc or-  
dine nihil mysterij latere, quia idem ordo apud omnes Euange-  
listas in reliquis Apostolis nõ obseruatur. Respõde quoad reli-  
quos hoc verum esse, & idcirco in illis paritatem inde opti-  
mè ostendi. Sed quum omnes in solo Petro ordinem seruent,  
vt primo semper loco ponatur; manifestũ fit, in illius ordine  
ac loco mysteriũ esse, & primatus significationẽ. Prosequitur  
Beza. Sed & apud Paulum Gal. 2. *Iacobus* Petro præponitur, vt  
planè sint ridiculi qui volunt hoc argumento tyrannidem An-  
tichristi confirmare. Hæc ille, ridiculo maximè argumento  
vñs. Paulus ad Gal. 2. nullam facit ex instituto Apostolorum  
commemorationem, sicut tres Euangelistæ, vbi primo suus  
locus debebatur; ideoque ordinem non seruat, sed eum pri-  
mo loco ponit qui primus illi occurtebat, & qui primus illi  
dexteris societatis dederat, Iacobus videlicet Hierosol. Epi-  
scopus quẽ primò conuenerat, vt patet Act. 21. qui eum postea Ver. 18.  
ad Petrum & Ioannem socios semper indiuisos adduxit.

Caluinus huoc locum astutius exagitat. *Primum, inquit, Caluini. inter Apostolos fuisse Simonem Petrum libenter fatemur. Sed cauillatio- quod inter paucos homines valuit, ad totum orbem extendere nes rãful- nulla ratio patitur. Hæc ille insulsißimè. Si enim paucorum luntur.*  
Apostolorũ debuit esse primus aliquis, & schismatis tollen-  
di causa caput, à quibus tamen dissensionis aut ambitionis  
periculum non erat; quanto magis diffusa per totum orbem  
Ecclesia vnum esse caput oportet, ne inter tot capita fieret  
dissensio, & omnia valtaret ambitio? Addit Caluinus. *Adde quod qui primus numeratur non ideo protinus inter suos colle- gas Dominium habet. Cui responde, primatum Petri & suc- cessorum eius non esse Dominium temporale & imperiosum super reliquos pastores, sicuti qui maior est inter gentes, domi- natur eorum, sed esse potestatem spirituale & Ecclesiasticam componendi & definiendi ea quæ de fide & moribus in dubiũ vocantur. Concludit Caluinus. Iam vt omnia illis que postulãt, de Petro demus, donec impios & sacrilegos apostatas Petri suc- cessores esse probent, eius dignitas nihil ad Romanam Sedem.*  
Hæc ille. Sed conuictum hoc ac maledictum est, non argu-  
mentum. Sic solent hæretici, quum argumenta deficiunt, ad

conuitia diuertere, in quibus se multò plus valere norunt quàm in argumentis. De Primatu Petri ex Scripturis Euangelicis perspicuè & copiosè demonstrato, vide operis nostri de Princip. fidei Doctrinal, lib. 6.

22. *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

Versionis  
nouitas af-  
fectata.

**V**ANUS Erasmus, & post eum Beza, vertunt hic, *Qui sustinuerit*: & Marc. 13. vbi vulgatus interpretes vertit, *Qui sustinuerit*. illi vertunt, *Qui perseuerauerit*, quum in Græco textu vtroque idem sit verbum, ὁ ὑπομείνας: videlicet vt vulgaram versionē quasi Ioannes ad oppositū quoquo modo reprehenderent. Nam Beza ad Matth. cap. 24. ver. 13. vbi eadem sententia hic repetitur, versionem vulgatā (quam ipse sequutus est Marc. 1.) apertè reprehendit, dicens non ὑπομείνας, sed ἀνασφίγγειν perseuerandi virtutem significare. In quo lectoris imperitia turpiter abutitur. Ipsa enim lexica græca pluribus exemplis docent ὑπομείνας non minus propriè & frequenter perseuerantiam, significare quàm patientiam.

38. *Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.*

Versionis  
Beziana  
ineptia.

**T**Heodorus Beza circa horum verborum receptissimam versionem, omnes hactenus interpretes corrigit, & nodum in scirpo quaerit, vt aliquid in Catholica disciplina arrodatur. Illud, *Qui sequitur me*, ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, vertit, *Qui sequitur me à tergo*. Et causam addit. Sic (inquit) interpretatus sum, quia quum non satisfecerit Euangelista verbum ἀκολουθεῖν sequi, sed addendum aliquid præterea iudicavit, hoc quoque putauimus necessariò exprimendum, quod à vetere interprete & ab Erasmo fuit neglectum. Multi enim se Christum sequi dicunt, quum illi soli sequantur qui à tergo sequuntur, id est, qui illum verbo suo præeuntem possunt ostendere. Quare qui Deum colunt cultu à se excogitato, intelligant sese non sequi Christum, sed illi præire velle. Hæc ille, varios religiosorū in Ecclesia Catholica ordines, aut etiam mortificationes voluntarias taxans, quasi cultus priuatim excogitatos; nullum autem Dei cultum probans, nisi qui in verbo Dei scripto expressè mandetur: hoc enim est, *Christum verbo suo præeuntem posse ostendere*. Solent enim hæretici ex industria pestifera sua venena obscurius potrigere, vt à suis quidem optimè intelligantur, ab ortho-

Hæretico-  
rum con-  
suetudo.

doxis verò non ita facile deprehendantur. Sed vulgatæ versionis emendatio, quam ille tam necessariam putat, planè ridicula est. Primum quia qui alium sequitur, non nisi à tergo eum sequi intelligi potest. Deinde quia græcum illud *ὀπίω* non significat propriè à tergo, sed post seu retrò, quomodo cumque id fiat, vt Matth. 16. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum: ὀπίω μὲν.* Vbi ipse Beza non aliter vertit: & Lucæ 9. vbi eadem verba tum Græcè tum Latinè habentur, Beza vertit, *Si quis vult me sequi*, prorsus omitteus illud, *retrò me*, vel *post me*, sicut hoc loco noster interpres facit, eo quòd facile aduertit, *venire post Christum*, vel *sequi Christum*, peccatus idem valere. Ita quam aliis impingit culpam, patrauit ipse. Denique non *ὀπίω*, sed *ὀπίω* apud Græcos à tergo significat, sicuti de muliere hæmorrhoiissa Matth. 9. *Veniens retrò, & à tergo, ἠψοῦσα ὀπίω, tetigit simbriam vestimenti.* Rursum Marc. 5. *ἔλθοσα ὀπίω, Venit in turba retrò*, vbi Beza vertit, *Venit in turba à tergo.* His quippe in locis quia de locali situ & propriè Scriptura loquitur, sicuti & Matth. 15. de muliere Chananæa, *Clamat post nos, ὀπίω ἡμῶν*, verbum *ὀπίω* locum habet, quod retrò & à tergo significat. Sed in loco præsentis aliisque supra annotatis, quia non de locali situ aut motu, sed metaphoricè Scriptura loquitur, & de sequela affectuum & morum, non nisi ridiculè diceretur. *Qui non accipit crucem suam & sequitur me à tergo*, quod vulgatus interpres, & ipse Erasmus vtcumque nouitatis cupidissimus, propterea dicere noluerunt.

Iam verò *sequi Christum præeunte verbo*, cõmentum Beza est, absque Dei verbo: vbi nõ videt cæcus hæreticus, quod in tota Ecclesia audet reprehẽdere, in eo seipsum peccare. Nul- lum enim Dei verbũ profert aut proferre potest, quo probetur eos Christũ non sequi, nisi qui iuxta verbũ Dei scriptum Christum sequuntur. Sed nec religiosorũ ordines, nec voluntariæ fidelĩ mortificationes, cultus sunt à seipsis excogitati: sed vel ab Ecclesiæ supremo Pastore, vel à propriis cuiusque pastoribus vbi Christiana disciplina rectè seruat, quos audire, & quibus obedire Dei verbũ nos iubet, expressè approbati. Cæterum quid sit hoc loco Christum sequi, & tollere vnumquemque crucem suã post Christum, pulchrè explicat D. Basilius in Regulis fusiùs disputatis. *Vt Christum (inquit) sequamur, prius oportet nos ipsos abnegare. Nihil autem est aliud sui ipsius abnegatio, nisi summa rerum omnium vita superioris obliuio, atque à sui ipsius voluptatibus recessio.*

Beza cõmẽ  
mittit  
quòd in as  
ly, culpato

Sequi Chrẽ  
stũ iuxta  
scripturã  
verbũ.

Ad inter-  
rogã.  
Christum  
sequi quid.

*Moral. in* In quem etiam sensum Gregorius. *Semetipsum abnegat, qui*  
*Job lib. 33. calcato typho superbie, ante Dei oculos esse se à se alienum de-*  
*cap. 8. monstrat.* Bezam autem cum suis Christum nullo modo le-  
 qui, his verbis docet Augustinus: *Christum non sequitur, qui*  
*non secundum veram fidem & disciplinam Catholicam Chri-*  
*stianus est.* De serm. Domini in monte lib. 1. cap. 9 Vide Leo-  
 nem Magnum sermone 9. de Quadragesima.

## IN MATTHÆI CAP. XI.

22. *Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes qua-*  
*factæ sunt in vobis, oim in cilicio & cinere*  
*pœnitentiam egissent.*

**C**ALVINVS hoc loco quia pro contingentia re-  
 rum & humanarum actionum libertate (quam ille  
 tollere vult, posita fatali quadam actionum nostra-  
 rum necessitate, propter inevitabilem Dei de sin-  
 gulis tum providentiam tum prædeterminationem infallibilem)  
 hæc verba facere videbat, legitimum eorum & germanum  
 sensum pervertit, ad alias considerationes animum lectoris  
 auocans. *Christus, inquit, nõ disputat quid præiderit Deus fu-*  
*turum de ijs vel illis, sed quid facturi fuerant alteri, quatenus*  
*ex re ipsa percipi poterat, & ad communem humana mentis ca-*  
*Ver. 23. prum sermonem accommodat.* Hæc ille. Similiter infra verba  
 Christi de ciuitate Sodomis, eodem modo pervertit. *Humano*  
*(inquit) more Christus loquitur: non autem ex caelesti adyco pro-*  
*fert quid præiderit futurum, si Sodomis Prophetam aliquem*  
*Christi ver- mississet.* Hæc ille. Sed hoc nihil aliud est quam verba Chri-  
 ba menda- sti mendacij arguere: vult enim quod Christus futurum di-  
 cy arguit scire dixerat, si miracula in vno & prædicatio in altero loco  
 Caluinus. facta fuisset, hoc reuera non futurum fuisse: nec Christum  
 hoc præuississe, sed quod possibiliter & fortè futurum erat,  
 humano more coniecisse. Quo semel posito, & illud quoque  
 quod Christus subiecit de grauiori pœna & condemnatione  
 in die iudicij ciuitatum istarum quam Tyri & Sidonis aut  
 Sodomorum, secundum Caluinum inane terribilamentum  
 erit, quia non de eo quod futurum erat præuidit, sed huma-  
 no more quantum rei indignitas postulare videbatur, Chri-  
 stus loquutus est. Quare hæc relicta apertissima verbi Dei  
 corruptela, quæ ex his Christi verbis veræ ac solidæ theolo-  
 giæ